

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. XI. TIT. III. De Servo Corrupto.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

LIB. XI. TIT. III.

DE

SERVO CORRUPTO.

Qv. I. An actio haec sit famosa?

Laut. pag. NEG. (1) Quia quatuor tantum sunt delicta famosa. *Laut. comp.*
157. verb. **N**on *pag. 62.* sub quibus hoc delictum non continetur. (2) Atque
Non fa- hinc actio haec contra uxorem quoque datur. *L. f. h.* Non vero da-
mosa. retur, si esset famosa. *arg. t. t.* & *l. 2. ff.* *R. amot.* (3) per text.
expr. in l. 5. §. f. l. 6. junct. l. 7. pr. *Obseq. patr.*

OBJ. (1) §. 23. *Inst. act. §. 26.* *Eod.* ubi comparantur actio furti,
& actio servi corrupti.

RESP. Comparantur quoad effectum prestationis dupli, non ultra.

OBJ. (2) *L. 56. pro socio.* *L. 5. §. f. junct. l. 6.* *Obseq.* ubi actio
servi corrupti pro famosa habetur.

RESP. Imo tantum ibi dicitur pro turpi haberi, quia personæ do-
lum malum notat, famosa non est, uti id expresse traditur in d. l. 5.
§. f. l. 6. junct. l. 7. pr. de *Obseq.*

Vid. Laut. pr. h.

DISSENT. *Goth. ad d. l. 5. & d. l. 6.*

Qv. II. An haec actio sit mixta, ita ut duplo res in sit?

Laut. pag. AFFIRM. *L. 14. §. 5. h. l. 9. §. p. Eod.*
158. verb. **A**OBJ. §. 26. *Inst. act.* ubi actio haec cum actione furti conjungi-
Duplo res tur, & mixtis actionibus contradistinguitur, asseriturque has actiones
ineft. omni modo in duplum esse.

RESP. Imo non contradistinguuntur actionibus mixtis, sed eis
quæ ex postfacto, & per inficiationem demum, in duplum fiunt: cum
actio servi corrupti, & actio furti, statim ab initio in duplum den-
tut. §. 29. *Inst. Eod. Conf. Berg. in resol. h. t.*

Hodie & servi, & omnes poenæ privatæ, cessant, & sic haec actio
quoque directa usum amplius non habet: At utilis *hodieque* obtinet,
de qua vide *Laut. in fin. h. t. Conf. quæft. 4.*

Qv.



Qv. III. *An fœmina inhonestata a vicinis e vicinia expelli possit?*

AFFIRM. Si domus sit conducta; arg. Nov. 14. §. 1. per tot. ibique *Laut. pag.* Goth. lit. C. Papon. de arrest. 22. arrest. 9. & 14. Unde & usua. 158. verb. si meretrix sit, expelli potest. l. 7. ff. Us. & Hab. At aliud est, *In honestate fœminæ* domus ei sit propria, arg. l. 18. In *jus* voc. nisi omnibus scandalo nae. sit; tunc enim non tantum e domo, sed & e civitate expelli potest. arg. d. Nov. 14. Conf. *Theſaur. lib. i. q. 33.*

Qv. IV. *An hodie adhuc fit hujus tituli usus?*

AFFIRM. Quoad utilem actionem, atque hinc ob famulorum, liberorum, uxorū &c. mores corruptos actio hæc utilis hodieque dabitur. Dn. Stryk. U. M. h. §. 1. 2. 3. & seq.

LIB. XI. TIT. IV.

DE

FUGITIVIS.

Qv. I. *An famulis discedentibus debeatur merces ratione praeteriti temporis?*

AFFIRM. Operarum enim usus singulis momentis percipitur, *Laut. pag.* adeoque quia pro rata operas præstiterunt, pro rata quoque mer. 158. verb. ei debetur. arg. l. 15. §. 7. Loc. cond. At dominus dedit quanti *Nec famuli ante sua interest* famulum, ante locationis tempus elapsum, non recessit. &c. se; arg. d. l. 15. quia haec tenus operas non præstit, indeque nec operarum mercedem petere potest. *Laut. h. t.*

An vero judex præmaturum discessum punire possit, valde dubito, vide *Laut. h. t.* nam in jure nullibi poena publica ob contractum locationis non servatum constituta est.

LIB.

